

utóbbit, és az érintett kutatások rövid vázlatát lásd alább, önellőleg.)

Az ülés ezzel végét érte.

Adalék I. Balassa Bálint életéhez.*)

Supplicatio humillima ad Sacratissimam Caesarem Regiam Maiestatem exhibita nomine fidelium subditorum Judicis et Juratorum Civium atque totius Communitatis Oppidi Hybbe in Hungaria.

Sacratissime Romanorum Imperator semper Auguste, Serenissimeque Rex Hungariae etc., Domine Domine nobis Clementissime !

Summa necessitate compulsi, et duro telo miseriarum pressi, ad Sacr. Caes. Regiamque Maiestatem expedientes hosce concives et incolas nostros, humillime auxilium et patrocinium imploramus, et petimus benignissima ope Caes. et Reg. Maiestatis Vestrae, ut in his et tantis aerumnis quibus expositi sumus, relevemur. Exponimus et enim Sacr. Caes. Mai. Vestrae quantis gravaminibus, quantis pensionibus, et quantis laboribus hactenus afflicti et pressi fuerimus per Dominos Valentimum et Franciscum Balassios germanos fratres, filios piae memoriae Dom. Dom. Joannis Balassa, quorum uterque iammodo infelici fato alter ad Strigonium preliando, alter ad Cassoviam in pugna contra Tartaros caesi, mortem obiere, et in templo nostro Oppidi Hybbe una cum Domino Parente suo ante quoque demortuo, iam sepulti sunt. — Nam a praefatis Fratribus non tantum nonnulli agri et sylvae cum earum usibus adempti, verum etiam in fundis nostris, et intra terminos nostros Pagi exstructi, et nobis novae pensiones, et exactiones impositae sunt, molendinum publicum in ipso Oppido exstructum, et nobis a multis annis, et in Reipublicae usus serviens nobis ademptum, diversorum publicum in medio Oppidi instauratum est, extra quod nullus Civium pro more prisco, et antiquitus servato, neminem quemque hominum (neque quidem Vestrae Caesarae Majestatis servitiis addictos, aut nobis incolis quo genere Consanguinitatis, vel affinitatis coniunctos) hospitio ex-

*) Kiegészítésül a koszorús szerzőnek hason-czím alatt a Századok múlt 1873. évi folyama 305—321. lapjain megjelent értekezését ugyanott követett okleves közlésekhez. Szerk.

cipere sub mulcta 12 Rfl: accidit. — Coctio cerevisiae nonnisi certa pecuniae summa exempta conceditur: Insuper quotidianis laboribus plusquam Israelitae in Regno Pharaonico opprimebamur, ut ne festis diebus nobis feriari, et verbo Dei vacare licuerit. — Et nisi forte a Sacratissima Caesarea Majestate Vestra tempestive nobis succursum fuerit, verendum est, ne res nostrae, itemque Reipublicae nostrae in peius et gravius cadant; et nulla subsecuta mitigatione talium nostrorum onerum (quibus ne Hercules quidem ferendis par esse possit) nos, nostras mansiones, et domicilia deserere, et alibi nidulari nostris cum conjugibus et liberis certum est, et oportet, moderni etenim Domini Dominus Andreas Paczolti et Franciscus alter frater eiusdem, affines supradictorum fratrum (unam sororum eorum, quisque horum in uxorem duxit) de priore taxatione nil remittere intendunt, cum vix aequo iure huius Dominii, et Arcis Újvár successores (iudicio multorum) haereditarii esse credantur, sed potius dictam Arceum rursum recidere, et pertinere in Jus et usum Camerae Sacratissimae Caesareae Majestatis Vestræ. — Nam fama fertur eam Arcem Újvár Domino Domino Joanni Balassa tantum ad certum tempus (quod iam dudum elapsum est) a Vesta Caesarea Majestate in usum ipsius concessam fuisse, quod et ipsam rem sic se habere liquide quoque patet ex Litteris mandatoris nobis (in simili infelici et rigido statu constitutis) datis ad Dominum Dominum Joannem Balassa, quarum tenor et copia (si opus sit et placeat videre) nobis praesto est. — Intendententes igitur nos miseri, et infelices homines tanta mole onerum et aerumnarum praegravati, post obitum iam praefatorum Dominorum Balassiorum (tum Patris, tum Filiorum) principiis obstare tempestive per hos nostros Concives, ad Sacratissimam Caesaream Majestatem Vestrâm confugimus, humillime et obnixe orantes et obsecrantes: dignetur Sacratissima Caesarea Majestas Vesta pro innata Clementia et benigna largitione nobis patentibus Litteris suis providere et nos praemunire, ut quisquis tandem haereditarius Dominus et Successor Arcis Újvár, et nostri, nostraeque Reipublicae tutor (optaremus autem nos sub patrocinio Vestræ Sacratissimæ Caesareæ Majestatis plene permanere) futurus sit, ut secundum tenorem et vigorem Privilegiorum nostrorum, et Divis piae memoriae Regibus Hungariae nobis collatorum, et a Vesta Sacratissima Caesarea Regiaque Majestate confirmatorum conservemus, nec iam tantis intollerabilibus, quibus hactenus afflicti sumus (ut supra recensuimus) praegrave-

mur, contra omnem normam Divinae et humanae iustitiae, et quidquid
sic nobis contra omne jus, et aequum nobis oblatum est, ad usum Rei-
publicae nostrae, ut rursum veniat, et restituatur. — Factura Vestra
Sacratissima Caesarea Regiaque Majestas rem Deo (retributori omnium
bonorum) quam gratissimam, et opus misericordiae perpetua memoria
sibi posterisque suis dignum. — Responsum quam clementissimum (voti
ut compotes simus) cum celeri expeditione nostrorum legatorum tenuissi-
mis sumptibus, piae ingenti penuria Reipublicae instructorum, et prius-
quam aliqua exundatio aquarum fiat (quonia in Oppidum Hybbe pene
vel ultra sexaginta miliarium distat) humillime petimus. Sacratissimae
Caesareae Regiaeque Majestatis Vestrae fideles et humillimi subditi:
Judex, Juratique Cives, totaque Communitas Oppidi Hybbe in Hungaria.

Közli:

TOLDY FERENCZ.

— A zelízi római síremlék. Barsmegyének lévai járásában,
a Garam folyó jobb partján fekszik Zelíz nevű magyar helység, gróf
Breuner terjedelmes uradalmának székhelye, melynek kathol. egyházá-
ban egy római sarcophag találtatik. Ez első tekintetre hihetlennek láts-
szanék, a mennyiben sem a rómaiak a Duna innenső vagyis balpartján,
a dunaszéli castellumok kivételével, nem voltak letelepítve, sem pedig
egy keresztyén imaházban római pogány sírnak helye nem volna. Azon-
ban a dolog mégis való, ott van esakugyan egy római sarcophag, egész
természeti teljességeben.

De előbb ismertetnem kell a kérdéses lelet helyiséget. A zelízi
kath. templom tiszta góth stylban emelt csinos mű, a XIV-ik századból.
Ezen alakja belsőleg még meg van őrizve, de külsőleg újabb torony és por-
tale által elterjítetett. A csúcsíves alakzat megezáfolja a szentély ivedetén
(azon időben, mikor én azt pár esztendő előtt ott találtam,) olvasható
azon újabbkori fóliaratot, hogy emez egyházat Atta második nádor
1081-ben építeté. A felirat szórul szóra ez:

A. M. D. G.

Et Sancti Jacobi Apostoli Majoris Honorem Ecclesia hac est erecta ab
Atta secundo Palatino Regni Hungariae Anno Domini 1081, ab Helve-
ticis authoritate dominali recepta 1730, pia tandem benefactorum ope
renovata 1736.

E téves fóliatra, az építés évét és az alapítót illetőleg, a Túróczi-